fectū ſuum cauſat: ideo oportet actual'r in ip̄a ſuſceptōe cor hoīs in de
uotōe ꝑſiſterē/ſaltē ad lumē cōis fidei: recēſendo articulos ex ſymbolo
apl'oꝝ/q̄ reſpiciūt Chr̄m: ⁊ hos aīo reuoluere: ⁊ ſm eos affici/ſm qđ
dn̄s dederit: vel ſaltē deſiderare affici. Nedū aūt in ſumptōe ſacr̄i non
opz in ſcabie pctōꝝ reuolui: ſed etiā hi q̄ iam ꝑfecte ꝯfeſſi ſunt ſm ſuā
poſſibilitatē dn̄t ſe extendere ad exercitia ꝟtutū: ſm ꝙ ꝯſulit Gerſon
xxxiij. M. ibi: Itē q̄rit: vtꝝ q̄s poſſ3 habere certitudinē.
Octaua nola eſt: ad equales hauſtus inuitare vel inuitari. Q, tur-
pē ſit hoc vt q̄s ad alterius inuitatōem ⁊ ingurgitatōem ſe ꝯponere ve
lit/nemo nō nouit niſi porc9: ſed ⁊ ſil'es eis ſunt q̄ vrgēt ad comedēdū H
alios ⁊ q̄ſi farciūt. Tu caue ad mēſam dn̄i ad equales hauſtus inuite-
ris. Sūt deuotarie/begutte/hypocrite: q̄ ſolū ex eo q2 alias vidēt toti-
ens ꝯmunicare/etiā ip̄e volūt ſe eis equare/ne videant min9 deuote ⁊
ſancte. O ſtulta gēs q̄ gl'am inanē q̄ris de humili Jeſu. Hic dici pote
rit de freq̄ntatōe cōionis ſm Augu. Nō oēs ſunt eiuſdē ꝯditōis: ḡ nō
ſimil'r māducāt: vnus plus/alius minus. Sic ⁊ in cōione eucbariſtie
q̄libet videat quātū inde ꝓficiat in ꝟtutib9 ⁊ imitatōe Chr̄i/aut defici
at: ⁊ ſm hoc ad dictamē prudētis ſacerdotis accedat vel deſiſtat. Pru
dētis inq̄3 ⁊ deuoti: q2 ſunt aliq̄n q̄ cohibēt deuotas ꝑſonas ne cōicent

ex pigritia ſua indifferēter:ſi eīn prudētiam ſcām haberēt/diſcuterēt
merita pſonaꝝ ⁊ diſpoſitōes.Scdm hoc ⁊ ſacerdos ꝯſideret de freqn
tatōe celebratōis ſi pſit ſibi/an non:ſi eīn ꝓderit/poterit freqnter cele
brare.Sed ais:tn̄ dr ꝙ nō dz ex ꝯſuetudine celebrare.Verꝫ ē ex ꝯſue
tudine/ſic ꝙ ꝯſuetudo ſola cum inducat ⁊ ſit pciſa cauſa:h eīn ꝓprie ē
ex ꝯſuetudine:ſi āt cū ꝯſuetudine celebrat/⁊ ſe diſponit debite/h nō erit
ex ꝯſuetudine.Vide Matth.de Craco.§.xciij.
Nona nola eſt:grās poſt cibū nō agere.Egit grās dn̄s Jeſus pꝰ ce
nā.Nā dr euāgeliſta:Hymno dicto ⁊c.Et vt dr Chryſo.ſup Mat.ha
bebāt eremite grās:quaꝝ tenorē recitat ibidē:ſic ⁊ chrīani dn̄t grati
as agere pꝰ cibū.Et tu ſumpta euchariſtia/caue ne ſine grarūactōe re
cedas:cogita quātum te dn̄s honorauerit:⁊ honoratori tuo grās age
modis qbꝰ potes.Hn̄t clerici modos.Bn̄dicite oīa opa do.⁊c.Lau
H date dn̄m in ſctis eiꝰ.Adde ſi placꝫ:Te deū laudamꝰ.Tu ſi nō habes
aliud/dic pr̄ nr̄/dic credo/aio regratiādi:vel forma ad placitū corde vl
ore grarūactōes:vel inuoca ſctōs/vt ꝓ te grās agāt dn̄o deo:vel ipm
vt ſibimet grās ꝓ te agat/qꝛ tu neſcias.Adde q̄ Joā.de turre crema
ta ponit ca.xv.
Decima nola eſt:garrulare/⁊ riſibꝰ/vanitatibꝰ/ſtultitijs ⁊ leuitatibꝰ
neglectis neceſſarijs intēdere.Sūt q̄ menſam totā implēt garrulatōi
bus:⁊ nemini dāt loqndi locū:cū longe ſapiētius eſſet tacere:ſed alias
abſqꝫ numero immodeſtias exercēt ⁊ turpitudines.Tu caue ne mox
pꝰ grās tradas te garrulatōibꝰ/leuitatibꝰ/ſed potiꝰ pauſes:⁊ deinde de
ambules.Sūt miſeri fatui q̄ expleto officio miſſe aut cōionis/qđ ſe
rio magno vt putāt fecerūt:mox ad leuitates ſe tradūt vbis ⁊ factis:et
oculos q̄s fletu madefecerūt/ad vana ⁊ curioſa dirigūt:oraqꝫ delibu
ta ſanguine Chrī/cachinnis diſſuūt.Nō ſic erit agēdū o frar:ſꝫ etiā ſi
fieri pt/nō immediate colloquijs mūdanis/aut negocijs terrenaꝝ reꝝ
te implices ⁊c.vt in de turre cremata vbi ſ.iiij.auiſamēto.
Undecima nola:nō deambulare.Ambula ad opꝰ poſt cibū:ſicut in
turre cremata in fine:vbi ꝓus.Trahit h cibꝰ ad ſe/vt ſurculꝰ ad trūcū:
ſicut habes in ſermonibꝰ de ſ euchariſtia:qꝝ themata ſunt/Venite:q
aſcribunt btō Thome:tn̄ potius videnť Alberti.

## Feria.v.in Cena dn̄i.xxviij.Martij.

Stultoꝝ infinitus eſt numerus.Eccs.j.Euangelium.

I Ultima nola qua dinoſcunt fatui ꝯuiue eſt:nō ꝯſiderare bonos cō
uiuaꝝ mores:neqꝫ eos imitari.Sūt q̄ docēt pueros ſuos dicētes:ſi
quē videris in aliq̄ tibi diſplicētē/⁊ qđ ei incōgruū eſt/tu caueto.Pla
ne:Felix quē faciūt aliena ꝑicula cautū.ꝙ ſi aliqđ aptū ⁊ pulchre vide
ris/imitato.Sub hac igit nola pn̄t ꝯphendi oēs ꝯuiuātiū turpes mo
res.Tu dum ad mēſam dn̄i dei ſederis/ꝯſiderato bonoꝝ mores:⁊ qđ

eos facere videris/vade ꝛ tu ꝗ̄ꝗ fac ſilr̄.Sed quo te ducam vbi meli-
ores poſſis videre ꝯuiuas ꝛ ſapiētiores/ꝗ̄ ad eam mēſam quā poſuit
hodie ſapiā patris Chr̄s dn̄s:in q̄ ꝛ cibꝰ ſacramētalis ꝓpoſitus eſt:et
ꝑ eum diſcipulis ſuis adminiſtratus:illoꝝ mores ſꝫ intueri ꝛ imitari.
Diſcite a me inq̄t dn̄s:vide qūo eos ꝑparat/eos lauādo/exēplū humi-
litatis ꝑbendo ꝛc̄.Qūo ꝗ agnū paſchalē ſuꝑꝑius figura antea mādu-
cauit:q̄ oīa plena ſunt doctrinis moꝛalibꝰ:queādmodū ſe q̄s ad eſum
agni veri habere debeat:illoꝝ ḡ mores reſpice.Sꝫ ad anteriora ſi pla-
cet/te adducā:ad mēſam videlꝫ ꝛ cibum:huius mēſe ꝛ cibi ꝑfectiſſimā
figuram/ad manducatōem agni paſchalis/q̄ fuit huius ſacramēti fi-
gura.Hoꝝ iudeoꝝ māducantiū mores ꝯſidera:ꝛ queādmodū eos vi-
deris facere/ſic ꝛ tu facere coneris:nō em̄ ſunt mores ab hoībꝰ adinuē-
ti/ſed a deo eis mādati:q̄s etiā mores Chr̄m dn̄m cū ſuis diſcipulis
hodie credimus obſeruaſſe.Nā dr̄ anteq̄ꝫ cenauerit ꝛ ſacr̄m ſui corp̄is K
inſtituiſſꝫ/agnū paſchalē ſm̄ ritū ꝛ morem iudeoꝝ cū diſcipulis ſuis
māducaſſe.Sed q̄ erāt .n q̄s hi mores:Neceſſe eſt em̄ eos ſcire/ſi debe-
amus imitari.Legit̄ in Exo.xij.ꝗ cū Pharao noluiſſet dimittere iu-
deos/cū dn̄s multis ꝑcuſſit plagis:tādem finalr̄ dixit Moyſi/ꝗ ma-
xima plaga eū ꝑcuſſurꝰ eſſꝫ.Vic capl̄m.xj.ꝛ.xij.vſqꝫ ibi:Septem die-
bus azima comedetis.ſed tn̄ breuiter.Ecce h̄ agnus ꝛ eius imitatio/
comeſtioniſqꝫ mores/ſunt figura noſtri ſacramēti:ꝑcipua noſtri ꝯui-
uij/q̄ꝺ ꝑ manibꝰ habemꝰ:q̄ꝺ Chr̄s fecit vt audiſtis in euāgelio:quod
nos ſacerdotes q̄tidie facimꝰ:ꝛ vos in h̄ tp̄e paſchali facietis.Fuit em̄
illius ſacr̄i figura oblatio Melchiſedech:oīa deniqꝫ ſacrificia veteris
teſtamēti/ſed ꝛ māna:attamē agnus paſchalis inter hec oīa fuit preci-
pua figura:q2 p̄cedētes figure ſolū quoad aliq̄ꝺ ꝑ̄ſcabāt hoc ſacr̄m:ſed
agnus paſchalis quoad oīa q̄ ꝯſiderari poſſunt in hoc ſacr̄o/h̄ ſacr̄m
ꝑ̄ſcabat.Nā oblatio Melchiſedech/q̄ obtulit panem ꝛ vinū/ꝑ̄ſcabat h̄
ſacr̄m tm̄ quoad exteriores viſibiles ſpēs/q̄ in hoc ſacr̄o ſunt forme pa-
nis ꝛ vini:ꝛ q̄ntum ad hoc fuit ꝑcipua figura:manna aūt quoad effe-
ctū ſiue fructū huius ſacr̄i ꝛc̄.vt in Thoma:ſacrificia ꝟo oblationū.
Sed agnus paſchalis quoad oīa hec tria:tertia ꝑte.q.lxxiij.ar.vj.Ita L
q̄ꝫ nō video aptius huic diei/in q̄ de ſacr̄o:ꝛ ſeq̄nti/in q̄ de paſſione xp̄i
agit̄ dici poſſe ꝛ exponi/ꝗ̄ hec agni paſchalis figura:cuius manduca-
tōis/captōis/decoctōis modos in vnū redigere ſtatui:q̄tenus vobis
eiſdē recitatis patefacere poſſim:queādmodū mores coꝝ in ſumptōe
cibi ſacr̄alis imitari debeatis.Reperio aūt in ſumma mores duode-
ciꝫ:q̄ꝝ tres aut q̄ttuoꝛ dūtaxat ad pn̄s recitare ſtatui/reliq̄s craſtina.
Primus mos coꝝ fuit/agni vl̄ hedi immaculati deſignatio.Juſſit
dn̄s vt reciperēt agnū imaculatū vel hedū nō ſine macula/q̄ eſt in va-
rietate pellis:q2 hec nō impediebat imolatōem:ſꝫ illa q̄ erat ex defectu
alicuiꝰ ꝑtis corp̄is:h̄ debebat eſſe maſculus:ea em̄ q̄ ſunt ꝑfecta debēt

deo immolari:a quo emanat oīs humana pfectio. Potius aūt agnus
imolat̄ q̄z aliud animal:ad deteſtatōem idololatrie Egyptioꝝ:q̄ Joue
colebāt in ſpecie arietis vel agni:ſilr̄ hircos venerabant̄:q: aliq̄ demo
nes in tali effigie eis apparebāt:ideo deficiēte agno immolabat̄ hed⁹.
Significabat h̄ agnus ꝛ hedus Chr̄m immolādū. Plane agnus erat
ſine macula oīs pcti:q̄ pctm̄ nō fecit:nec inuētus eſt dolus in oꝛe ei⁹.
Hic agnus ab oꝛigine mūdi occiſus:hic agnus de q̄ Joā. bap. ait:Ec
ce agnus dei ꝛc. Agnus q̄ cognouit matrē in cruce:vt in Eglingo:Et
q̄dē ve agnus:ſed in reputatōe falſa iudeoꝝ erat hedus pctōꝛ:dicebāt
eīm̄ ceco:Nos ſcimus q: h̄ hō pctōꝛ eſt. Jtaq̄z iudeis hedus:nobis aūt
agnus immaculatus. Poꝛro hedus ē ſm̄ apparētiā:q: in ſimilitudine
carnis pcti apparuit:ꝛ p pctō moꝛtuus ē:cū pctm̄ nō haberet:recte ḡ
M p hedū ſcatus. Scd̄s mos menſe iudeoꝝ (diſch ſyt) Tempis deter
minatio ꝛ electio. Decima em̄ die iuſſi ſunt agnū paſchalē ſegregare ꝛ
includere. Cuius rō fuit ſm̄ Lyrā:ne ꝑpter occupatōem in .xiiij. luna
diſponēdi ſe ad exitū de Egypto obliuiſcerēt̄ agni:ḡ pus iuſſi ſunt eū
ſegregare decima mēſis. Et Chr̄s decima die .ſ. in die palmaꝝ obtulit
ſe:ꝛ de plebe tanq̄z agnū paſchalē ſegregauit ꝛ venit Hieroſolimā/vbi
immolari debuit:illicq̄z a iudeis obſeruabat̄ vſq̄z ad .xiiij. diem .i. vſq̄z
ad hodiernā q̄ntā feriā:qua cū diſcipulis cenauit:ꝛ poſt tradit⁹ ē. Vi
de Simonē de Cremona ſi placet ſup eplīs/ſmone .xxj. vbi de hac de
cima die multa dr̄. Tertius mos erat/agni illius immolatio ꝛ occi
ſio ad veſperā. Nam dr̄ textus/ꝙ ad veſperā debeat eū immolare mul
titudo filioꝝ iſrl̄:qd̄ intelligēdū eſt diſtributiue/nō collectiue:ſm̄ Lyrā
.i. qualibet domus apud ſe ꝛc. Et Jeſus a iudeis occiſus ē:vn̄ .j. Co
rinth. v. Paſcha noſtꝝ immolat⁹ eſt Chr̄s. ꝛ h̄ ad veſperā .i. in fine ſecu
loꝝ immolatus eſt p nobis. Nolebat pati a pncipio/neq̄z in medio:ſed
in fine ſeculi:vide Thomā ſi placet tertia pte. Sed nō ſolū h̄ dz intelli
gi/q: iſtud paſchale ſacr̄m eſt nobis datū in veſpa mūdi .i. in ſexta eta
N te:de qua Apl̄s:Nos ſumus in q̄s fines ſeculoꝝ deuenerūt. Sed etiā
ſcat ꝙ cū tāta deuotōe dz ſumere q̄s ꝛ humilitate/acſi in veſpe ſuo .i.
fine vite ſue acciperet/cū firmo ꝓpoſito nō recidiuādi. Eſt ſacr̄m h̄ etiā
oliue ſiue miſcōie ramuſculus ꝛ pacis:quē debes o colūba anima fide
lis ad veſperā moꝛtis rediēs ad archā vn̄ exiſti in oꝛe tuo ferre/p eius
chr̄ianā cōionem. Quartus mos erat/poſtiū ꝛ ſupliminariū linitio
Juſſi em̄ ſunt ex ſanguine q̄ erat in limine tingere ſupliminare ꝛ vtrun
q̄z poſtem:ꝛ ſic ꝓtegebant̄ ab angelo deuaſtante. Et tu fac (comeſtur⁹
agnū paſchalē/p memoꝛiā ꝛ fidē paſſionis Chr̄i) anime tue ianuā lini
as .ſ. vt anime tue ſupliminare qd̄ eſt rō ꝛ ꝯcupiſcibilis vis dexter po
ſtis/ſiniſterq̄z vis iraſcibilis/liniant̄ ſanguine agni immaculati:ne peu
tiaris ab exterminatoꝛe. Et qūo hoc: Rimare v̄itatē huius ſacri cum
humilitate:ꝛ rōem tinxiſti rubꝛo ſanguinis. qn̄ deinde cognita v̄itate/

dilectōis flamma incēſus/Chr̄o paſſo ꝯpateris: ꝯcupiſcibilē ſcias te li
niſſe. Porro iraſcibilis tingit̄ qn̄ ad imitatōnem paſſionis Chr̄i forti-
ter animat̄: dicēs cū Ap̄lo Gal. vj. Abſit mihi gl'ari niſi in cruce dn̄i.
Itaqꝫ hec tria tingunt̄/qn̄ circa paſſionē dn̄i occupant̄. Juſſit tingi ia
nuam cordis dn̄s Luc. xxij. Hoc facite in meā ꝯmemoratōem. Et in
ep̄l'a hodie Ap̄l's. j. Cor. xj. Quotienſcūqꝫ mādu cabitis panē hūc/et
calicē dn̄i bibetis/mortē dn̄i annūciabitis donec veniat. Hec de turre
cremata. Aliter Lyra/aliter Cremona/aliter Tho. ⁊ Antho. Vide coſ-
dē: p̄cipue Tho. ⁊ ꝯſla ex eis apta. Hic ſanguis ſic poſit⁹ liberat ab ex-
terminatore: q꞉ paſſio Chr̄i p̄dicto mō credita/liberat a demonis pote
ſtate/ſm Lyram. Rogemus dn̄m.

## Feria. vi. Paraſceues. xxix. Martij.

Stultoꝝ infinitus eſt numerus. Ecc's. j. Euangelium. O
Quintus mos ꝯuiuaꝝ erat agni aſſatio. Nā dr̄: Nō comedetis ex
eo crudū. i. ſemicoctū: ſm Lyrā: nec coctū aqua/ſꝫ aſſum tm̄ igne. Hu-
ius rō l'ralis erat ſm Lyrā/ꝓpter feſtinātiā exeūdi. Nā immolatio illa ſi
gnificabat diſpoſitōem ꝑp'li ad recedēdū de Egypto velociter: ⁊ iō illo 1
modo p̄cipiunt̄ carnes decoq̄/q̄ expediti⁹ poſſꝫ fieri. Et agn⁹ nr̄ aſſa
tus eſt igne paſſionis in cruce/⁊ ab oī humore ⁊ ſanguine exiccat⁹: vt
diceret ꝓpha in pſona eius: Aruit tanq̄ꝫ teſta ꝟtus mea. Sanguinē ei
ſuū effudit in mōte oliueti/vbi ſudauit ſanguinē: in flagellatōe/in coro
natōe/vt quaſi plueret ſanguis de capite ſuo: in veſtis an̄ crucē exuiti-
one vbi renouata erāt vulnera/in affixione manuū ⁊ pedū/in lanceati-
one vbi fluxit aq̄ ⁊ ſanguis. Fuit p̄terea agn⁹ nr̄ aſſat⁹ igne nedū paſ 2
ſionis/ſꝫ ⁊ charitatis: nā ex flagrāti ⁊ eſtuātiſſimo amore ꝑ nobis paſ-
ſus ē. De q̄ amoris exceſſu loq̄bat̄ Moyſes ⁊ Helias in trāſfiguratōe
Maiorē charitatē nemo hꝫ/q̄ꝫ q̄ ꝑ amicis ſuis ponit aīam ſuā. Et 3
tu o frater diſce in eadē charitate agnū hūc ſic māducare: accede cū di
uini amoris ardore q̄ntū potes: accēde ignē hūc in te ſctis meditatōi-
bus eaꝝ reꝝ q̄ te accēdere pn̄t/recolēdo bn̄ficia. ſ. tibi impēſa ab eo/q̄
ſūt innūera: ita vt tu ſis ip̄e bn̄ficioꝝ rogus. In meditatōe mea exarde P
ſcet ignis. Panes ꝓpoſitōis ſingulis ſabbatis calidi ꝓponebāt̄ in mēſa
corā dn̄o: ⁊ panis ſacri noui/q̄ in mēſa altare cūctis fidelibꝰ ꝓponit̄/in
calore charitatis dꝫ ſumi. Caue deinde ne ex eo q̄d crudū ſumas/pu 4
tādo hāc carnē eē puri hoīs: q꞉ dei ⁊ hoīs ē. Caue ne coctū aq̄ ſumas/
cogitādo ꝑ aquā ſapiē humane qual'r de⁹ incarnari potuit. Caue ne
aq̄ ſapie ſecularꝫ coq̄s. i. examines: q̄ vult ꝙ accidētia nō poſſint eſſe ſi
ne ſubiecto: ⁊ ſil'a: ſꝫ aſſas igne has carnes comede: crede hec oīa ꝑ ſpi-
ritusſcti potētiam diſpēſari. Morē hūc nō obſeruat h̄ q̄ ſine amore ⁊
deuotōe accedit/illa ſaltē deuotōe humanali ⁊ fundamētali: de qua ſu
pra in octaua nola.

Q Sextus mos eſt:agni totalis deuoratio. Dicit̃ eñi:Caput cū pedi-
bus eius ꝛ inteſtinis vorabitis. Nec remanebit ex eo quicꝙ̄ vſqꝫ mane.
Si qd reſiduū fuerit/igni ꝯburetis. Q. ſi tāti nō fuerint in familia vt
ſufficiāt ad eſum agni:aſſumāt ſecū vicinū ꝯiūctum domui ſue. Hec
j ad lr̃am:ideo fiebāt ſm Lyrā:quē vide. Eſt agnꝰ nr̃ in ſacr̃o euchari
ſtie cū capite/pedibꝫ ꝛ inteſtinis vorādꝰ. Caput Chr̄i deꝰ eſt:ait Apl̃s
Pedes q̄bꝫ corpalr̃ incedebat/eſt corpꝰ:inteſtina ſiue interiora/ occul-
ta aīa. Totū vorat q̄ totū credit. Crede in h̄ ſacr̃o eſſe corpꝰ Chr̄i:cor-
pus eē ꝑ trāſſubſtātiatōēꝫ:aīam v̄o ꝑ naturalē colligatōem:diuinitatē
ꝑ inſeꝑabilē vnionē. Sūt etiā vtriuſqꝫ nature inteſtina.i.ſacr̃a inexpli
cabilia/q̄ ſit̃ optꝫ credere. Audi Greg.in glo. Exo.xij. Caput Chr̄i de
ɛ us ꝛc. Nihil relinq̄mus ex eo vſqꝫ mane:qꝛ eius dicta ſunt magna ſol
licitudine diſcutiēda: vt anq̄ꝫ dies reſurrectōis appareat/in nocte p̄ſen
3 tis vite oīa mādata eiꝰ intelligēda penetrent̃. Porro ſi q̄d durꝫ ē ꝛ ar
duū rōni q̄ capi nō poſſit:ꝯburat̃ igni.i.totū credat̃ ex imēſo dei amo
re pceſſiſſe. Ad firmādū cor ſynceꝝ ſola fides ſufficit:ait b.Tho. Por
ro qđ ex agno igne ꝯburimꝰ/qn̄ h̄ qđ de myſterio incarnatōis eiꝰ intel-
ligere ꝛ penetrare nō poſſumꝰ/ꝑtāte ſcti ſpūs humilr̃ reſeruamꝰ:vt nō
ſuꝑbe q̄s audeat vel ꝯtēnere vel denūciare qđ nō intelligit:ſꝫ igni tra-
4 dat.i.ſpūiſctō relinq̄t. In cōiorībꝫ āt ſentētijs q̄ dicunt̃ de h̄ ſacr̃o/qđ
R ꝑ ſe q̄s comedere nō valet.i.intelligere:ad adiutoriū ſumat aliquē.ſ.pe
ritū domui ſue vicinū.i.eccē vnitū/q̄ valeat ei declarare. Sic fecerat
5 Gerſon:q̄ cū tētaret̃ ſuꝑ fide huiꝰ ſacr̃i/ꝯſuluit q̄ndā aliū. Nō ſic mul
ti ſtultoꝝ hūc morē negligētes:de q̄ꝝ numero fuit Berēgarius:q̄(vt
ħꝫ de ꝯſē.diſt.ij.ego Berengariꝰ)dixit ibi nō eſſe veꝝ corpꝰ:vide ibidē
ꝛ in Meffret. Materiā hāc notabilr̃ ꝛ diffuſe diſcutit Gab.ſuꝑ cāti.
miſſe. Quidā ei caput nō māducāt:ipi ſūt heretici/q̄ Chr̄i in ſacr̃o de
itatē negāt. Alij pedes agni nō māducāt:ipi ſunt heretici q̄ dixerūt ip
ſum nō hr̄e carnē verā/ſꝫ fantaſticā vel de celo aſportatā. Alij v̄o inteſti
na nō vorāt:q̄ negabāt ip̄m habuiſſe aīaꝫ rōnalē:ſꝫ diuinitatē loco aīe.
Nos āt fideles caput cū pedibꝫ ꝛ inteſtinis voramꝰ:qꝛ de eiꝰ deitate/
v̄a carne ꝛ aīa rōnali catholice credimꝰ:Nā q̄uis ex vi ſacr̃i ſolū ſit ibi
corpꝰ:cetera āt ſunt ibi ex naturali ꝯcomitantia:ſic bn̄ declarat b.Tho
mas ꝯtra gētiles li.iiij.ca.lxix.quē vide:vel Meffret eūdē allegātem.
Septimꝰ mos erat:azimoꝝ comeſtio. Preceptū eñi erat vt azimos
panes facerētꝛc. vt in textu. Cuiꝰ rō lr̃alis erat ſm Lyrā eadē q̄ ē de
aſſatōe agni:qꝛ ſtatim fieri pn̄t ex ꝯmixtōe aq̄ ꝛ farine. Et ſacr̃m h̄ ad
lr̃am in azimo ꝯficit̃:in q̄ ꝛ Chr̄s ꝯfeciſſe credit̃ ꝯtra grecos. Qui di-
gne vult agnū Chr̄m in h̄ ſacr̃o māducare/dꝫ eū cū azimis panibꝫ ſpi
ritualibꝫ accipe. Et q̄ ſunt azimi panes? Puritas ꝯſcīe ꝛ ſynceritas in
tētōis ſctē. Greg. Panes ſine fermēto comedit/q̄ recta oꝑa ſine corru-
ptōe vane gl̃e facit:ecce intētōis ſynceritatē. Et q̄ mādata miſcdie ex-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hibet ſine admixtōe pcti: ecce puritatē ꝯſcie. Caue ḡ a fermento vane gl'e ⁊ pcti. Attēdite a fermēto pha. ⁊ hypo. ait dn̄s. Nedū āt fermētū ē inanis gl'e intētio/ſ; ⁊ q̄cunq; mala intētio vel duplicitas. Leo papa: Null⁹ fict⁹ accedat/null⁹ fucato aīo/nec inſidie mēte ꝯdanť: ꝓcedat vi‑tas ꝯfeſſionis debite. Comedebant aūt cū azimis panib;: ad ſcandu; purā ꝯuerſatōem fideliū ſumētiū corp⁹ Chr̄i: ſm illud. j. Cor. v. Epu‑lemur in azimis ſyn. ⁊ veri. ſm Tho. ⁊ Lyrā. Sic māducare in azimis iubet Apl's. j. Cor. v. Epulemur inqt in azi. ſyn. ⁊ vi. nō in fer. ve. nec in fer. ma. ⁊ neq̄. Gloſa mgi'al' vel Lyre videať. Saluatorē ḡ nr̄m fr̄es chariſſimi ſuscepturi totis virib; debemus nos cū ipi⁹ adiutorio ꝑpa‑re: ⁊ oēs latebras aīe nr̄e diligēter aſpicere: ne forte ſit in nobis aliquod pctm̄ abſcōditū/qd̄ ꝯſciam noſtrā ꝯfundat ⁊ mordeat/⁊ oculos diuie maieſtatis offendat: ait b. Ambro. Nō ꝓdeſt talib; ꝯmunio/ſed mirū‑immodū nocet. Nō ꝓdeſt vtiq;: ſicut eñ alimētū corꝑale nō mortuo/ſ; viuo corpi ꝓdeſt: ſic alimētū ſpūale corꝑis Chr̄i nō mortuo ꝑ pctm̄ mortale/ſ; viuo vita gr̄e ꝓdeſt. Et nō ſolū nō ꝓdeſt in pctō mortali exi‑ſtētib;: verūetiā multū nocet. Nā ſicut panis materialis vſui humano ꝯueniēs eſt/⁊ nocet veneno nutritis: ſic ille panis vite q̄ de celo deſcēdit multū nocet veneno pcti mortalis infectis. Refert Ariſto. in de regimi‑ne ꝑncipū: reginā indoꝝ multa enecnia ⁊ dona miſiſſe Alexandro im‑ꝑatori: inter q̄ miſit venuſtiſſimā puellā veneno nutritā ⁊ iam vſam in naturā ſerpentū: quā ſi cognouiſſ; Alexander/non ꝑmonitus ꝑ ꝑhm: in ardore coitus eius mors ei ſtatim fuiſſet ſecuta. Sed ais: Tn̄ dr̄ in collecta ⁊ a Greg. ꝙ hoc venerabile ſacr̄m eſt ablutio ſceleꝝ. Rn̄deo ꝑ‑mo ꝙ intelligēdum eſt de ablutōe non mortaliū/ſed venialium. Dico ſcd̄o: ꝙ ſi vtiq; intelligať de mortalib;: tūc ſm Innocent. talis loquu‑tio eſt impropria: quia ſacramentū eucharīſtie abluere dicitur crimina inquātum ea impedit ne ꝯmittantur. Dico tertio ꝙ intelligitur de peccatis mortalib; oblitis: de quibus aliquis habet ꝯtritionem gn̄alē.

Octauus mos eſt: comeſtio lactucaꝝ agreſtium. Preceptum eni; erat eis/vt lactucis agreſtib; comederent agni carnes. In hebreo autē habeť cum amaritudinib;: ⁊ ꝑ hoc intelliguntur herbe amare indiffe‑renter. Nec fuit plus ꝑceptum de lactucis q̄; de alijs herbis: vt dicunt hebrei. Hoc autem fuit ad deſignandum amaritudinem/quem filij iſ‑rael ſuſtinuerūt in ſeruitute Egypti: ait Lyra. Cum quantis amaritu‑dinib; agnus iſte Chriſtus a iudeis comeſtus ⁊ conſumptus ſit in paſ‑ſione ſcitum eſt: in anima plenus triſticia vſq; ad mortem/timore ⁊ an‑xietate/in corꝑe dolorib; acerrimis in oib; mēbris: dic ad placitū. Eſt plane ⁊ hoc ſacramentum cum amaritudinibus ſuis ſumēdum. Una ⁊ principalis amaritudo/in quam omnes expoſitores concordant: eſt amaritudo penitentie peccatorum/que neceſſaria eſt ſumentib; corp⁹ Chriſti. Quicunq; eñ vult agnū paſchalem Chriſtum comedere: de

het p̃mo ⁊ p̃ncipal'r amaritudinẽ de pctis ↄmiſſis habere. Et illõ Eſa.
xxxviij. ex ſñia dicere: Recogitabo tibi oẽs annos meos in amaritudi
ne aĩe mee. Sʒ obſtupeſcẽt inq̃s dẽtes ad comeſtionẽ hax lactucax et
amaritudinũ: rugabit̃ facies/ ⁊ ora ↄtrahent̃. Nihil te terreat frater: tri
ſticia hec nõ ẽ ad mortẽ ⁊ hui⁹ ſeculi/ ſʒ ad salutẽ. Bñ q̃ lugẽt: qm̃ ipſi
ↄſolabunt̃. Fateor: amara eſt velut mare ↄtritio tua/ ſed ſalutifera: de-
um tibi recõciliat/ angelos letificat/ te reformat/ ⁊ demones ↄfutat. Ve
hemẽter ↄfidim⁹/ qñ eox ꝓuidem⁹ ↄſiliũ ⁊ eox eijcim⁹ laqum vel car
cerẽ/ ꝙ ab eox p̃ncipib⁹ graui⁹ affligant̃: ſicut cuſtos carceris ꝓ euaſiõe
latronũ punit̃. Valde ꝑ̃ agitant̃ inuidia/ qñ vidẽt nos eis ſiles ⁊ defor
matos ꝑ pctm̃ itex ꝑ pnĩe ſacr̃m reſtitutos: qd ſacr̃m pnĩe nullo modo
eis ↄcedit̃. Et h̃ q̃dem mõ comeſtio lactucax pnĩe demones ↄfutat et
T ↄfundit: ſctõs ãt angelos letificat. Gaudiũ eſt angelis dei ſup vno pec-
catore pniam agẽte: ait dñs. Et q̃d mix: cũ videãt ſue cuſtodie tã glo-
ſum fructũ/ ⁊ ſuã adimpleri ruinã ⁊ numex: ⁊ ad laudãdũ deũ tale ha
bere ↄſortiũ. Porro Chr̃m nobis hec pnĩa recõciliat. Si pniam ege-
rit gẽs illa a malo ſuo qd loquutus ſũ aduerſus illã: agã ⁊ ego pniam
ſup malũ qd cogitaui vt facerẽ ei. Grãdis ꝑ̃ v̓tus hui⁹ agreſtis lactu
ce: q̃ demones ↄfundit/ angelos letificat/ ⁊ deũ recõciliat: immo ⁊ nos
ip̃os reformat. Deformati ſum⁹ plane ꝑ pctm̃/ ⁊ q̃ſi in naturã beſtiax
trãſformati. Dic ꝑ oĩa ex Meffret in cena dñi: vel Holkot/ quẽ allegat
ſup Sap. ca. xij. ⁊ eſt lectio. cxlix. Et adde de trib⁹ req̃ſitis ad pniam
verã. ſ. integritas/ taciturnitas/ ꝑſeuerãtia: ſicut innuit dictio omo. Ad
de: Vis videre talẽ hoĩem penitẽtẽ/ q̃ hõ dict⁹ eſt/ in ↄſpectu toti⁹ ple-
bis: Pilat⁹ Chr̃m flagellatũ eduxit dicẽs: Ecce homo. Vere penitẽs
omo. Pnĩa integra: in q̃ nõ erat ſanitas a plãta pedis vſq ad v̓ticem:
paſſus eñ in oĩb⁹ mẽbris. Declara ſic placuerit ex Tho. Pnĩa tacitur
na: q: nõ aperuit os ſuũ: ſed ſicut ouis ad occiſionẽ duct⁹ eſt: ⁊ coram
Caypha ⁊ Pilato tacuit ⁊c̃. Penitẽtia ꝑſeuerãs vſq ad mortẽ/ mortẽ
aũt crucis. Rogemus dñm.

## Eodẽ die Paraſceuẽs poſt prãdiũ hora prima.

V Nonus mos erat: renũ accinctio. Cuius l'ralis rõ erat/ ꝙ debebãt
eſſe parati ad exeũdũ de Egypto. Et tu q̃ mãducatur⁹ es agnũ paſcha
j lẽ/ eſto caſtus. Quãuis oẽ pctm̃ mortale impediat ſumptõem agni
⁊ peccet mortal'r in pctõ mortali cõicãs/ ꝓpt̃ ſacrilegiũ ⁊ mendaciũ qd
ↄmittit talis oſtẽtans ſe mẽbx Chr̃i ⁊ eccl'e/ cũ nõ ſit: vt declarat btũs
Tho. pte. iij. tñ ſingul'r ꝑ pctm̃ fornicatõis q̃s inhabilitat̃: eo ꝙ ꝑ ip̃m
ſpũs ſubijciat̃ carni: rõne cuius feruor charitatis ad cõionem req̃ſit⁹
z impedit̃: vt idẽ Tho. declarat. Ab hac ꝑ̃ p̃cipue cauẽdũ eſt. Debẽt igi
tur ↄiugati cõicaturi abſtinere ad tp̃s illud: q: nõ eſt alias aptus car-
nes agni mãducare ⁊c̃. Itẽ neq polluti. De his declara ad placitũ q̃-

ad laicos ꝛ ſacerdotes/quõ ꝛ q̃ntũ impediant: ex Gerſo. de pollutõne.
Si in laicis ↄiugatis reqrit caſtitas ꝓpter cõtonẽ: q̃ntũ putas in ſa- z
cerdotib reqrit/q̃ q̃tidie aſſiſtũt altari: Ipi ſunt dei placatores/dei vi
carij/officio angeli/ſpũales p̃res/ſctõꝝ ↄtrectatores/alioꝝ mũdatores
ſponſi ſapiẽtie/ꝛ miniſtri altiſſimi: ꝙ dñt eſſe caſtiſſimi. Deductõem ho
rum breuiſſimã dixi: ex ſumma ṽtutũ Lugd. de temperãtia. c. xij. Sa
cerdotes veteris legis ꝛ gentiliũ caſtitati dedicati erãt: vt ibidẽ dr.
Decimus mos eſt: pedũ calciatio. Rõ lralis ꝛc. ea q̃ ſ. Sta calcia i
tus pedes comeſturꝰ agnũ paſchalẽ. Calcei ſunt ſctõꝝ exẽpla: dura ẽ
via/arcta ꝛ anguſta porta caſtitatis ꝛ aliaꝝ ṽtutũ: pũgit pedes affectꝰ
Moueãt te exẽpla ſctõꝝ q̃ eãdem inceſſerũt viã: dic tibi: excutere a pi
gritia: ſurge ꝛ vade poſt eos: hoĩes erãt vt tu. Jam habes calceos. z
Calcei ex pellib mortuoꝝ aĩaliũ fiũt: ꝛ exẽpla de ſcis mortuis. Siĺe x
de Hiere. cui veteres pãni miſſi ſunt in lacũ/vt inde extraheret: de q̃
Grego. xxv. mora. §. xxij. Ad ꝓpoſitũ: diſce exẽplo vete. legis/queãd- z
modũ te p̃pare debeas. Antiq̃ p̃parabãt ſe añ paſcha tota hebdoma-
da ad cõtonem: poſt paſcha tota hebdomoda gr̃as agebãt: vt dr An-
tho. Nos ãt q̃d: Jtẽ pueri ꝛ ſenes: vt in Meffret ꝛc.
Undecimus mos: baculoꝝ in manib tẽtio. Lralis rõ ſilr q̃ ſ. Tu i
tene in p̃mis baculũ crucis p̱ fidẽ crucis in ope: vt Lyra dr: aut pniam
in ope: vt dr Simon de Cre. aut memoriã paſſionis in mẽte: vt dr An
tho. Tene p̃latũ q̃ baculꝰ eſt. Tho. j. ij. ꝛ Meffret. z
Duodecimꝰ mos: feſtinãter comedere. Rõ lralis: ꝙ irẽt expedite ꝛ
velocit/nõ deſidioſe. Tu comede feſtinãter ex cibi deſiderio: vt de tur i
re cremata et Anth. pte. j. Feſtinãter ꝓpt feſtinãtiã ad opꝰ: ſicͤ labo- z
rator. Propt feſtinãtiã ad aliã cenã: vt Simõ de Cre. ſer. xxj. epl̃aꝝ. z
ꝛ in cena dñi Meffret. Dic: nõ habemꝰ hic manẽtem ciuitatẽ: ſꝫ futu-
rã inq̃rimus. Eſſet hec materia de morib ſingulis a ſtudioſo lectore
diligẽter examinãda/ꝛ in debitũ ordinẽ locãda. Nã doctores ex q̃bus
hec ſumpſi/varij ſunt. Nec poterã ob tp̃is anguſtiã ſingl̃a ſingulis ap-
plicare: vñ nũc hũc/nũc aliũ ex doctorib imitatꝰ/q̃litercũqꝫ ablata re
cẽſui. Poſſent igit p̃ma q̃ttuor pũcta ſup̃ poſita omitti/ob vitãdã co-
incidẽtiã pũctoꝝ: ꝛ ſeq̃ Meffret in p̃ncipio materie. Dehinc etiã poſ-
ſent videri doctores alij. Antho. in ſum. Simon de Cremo. Joã. de
turre crema. ꝛ ex his materia applicari ad ↄgruentiã.

## Sabbato ſancto Paſche. xxx. Martij.

Stultoꝝ infinitus eſt numerus. Eccĺs. j. Feſta diei.

Centeſimaoctaua turba ſtultoꝝ eſt p̱uertentiũ (verker nar- e
ren) Qui bona eſtimãt ꝛ dicũt eẽ mala: ꝛ ecõtra. Quales vti
qꝫ fuerũt hodierni diei q̃ dixerũt Ch̃m eſſe ſeductorẽ: dixit
(inquint) ſeductor ille: reſurgã ꝛc. Vteꝝ q̃dẽ dixerũt: ſic Cay